

**Phosphorvs sive Ioannes Baptista nativitas, vita, mors**

**Cabilliau, Baudouin**

**Lovany, 1642**

Imago 32. Quantes gutture corui Virg. Cras malè promittunt.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70001](#)

& in ea innumerane hominum copiano ritè estimari. Et id quidem cum non ad unius alteriusue anni cladem, sed quadragesimo sexto saculo tot bellis & cadib illis cruentum hoc negotium semper invicta, lassa nunquam mors egerit, & porrò ager, illa tot regiarum arborum dominatrix, & sylvarum expugnatrix, cuius securis nullius roboris duritie retunditur, nec ullo unquam cedendi labore elanguescit: Sed ab ipso. Dicit opes animumque ferro.

Plerique mortalium ad has securis minas, & cœci & surdi de die in diem differunt pœnitentiæ studium. Nemo enim est qui dicat hodiè; sed omnes viuunt quasi bras bene victuri, qui hodiè male moriuntur.

Imago 32.

Ouantes gutture corui Virg.  
Cras malè promittunt.

1. Mors
2. Securis illudit
3. Arbori iam saucie, sub quâ
4. Puer erudit in canæ
5. Coruum; ut discat dicere hodiè.
6. Atro in nimbo
7. Corvus alius super cypressu cras crocitat.
8. Interim mors arborem excindit, que excisa

9. Puerum

9. Puerum & coruum opprimit.
1. Prasens interitus.
2. Morbo, alione casu imminet
3. Homini in omnes horas morienti.
4. Vir nudit sen puerilibus crepundis implicatus, seu puer.
5. Animum suum vitijs atrum vult, & non  
vult iam mortem timere, & eo timore pene-  
nitere hodie.
6. Infelix prasagium pluiae è lacrymis. Alius  
aque suo exemplo monet,
7. Semper pænitentiam in crastina desideria  
prorogare.
8. Mors interim hodierna crastinis votis sus-  
pensum occupat, opprimitque ignarum.
9. Procrastinantes mors nec opina occupat.

### Phaleucium.

**A**Ter cras vbi crocitat satelles  
 Phœbi, vel male olens hiat cadauer;  
 Alto culmine, funebri aut cupressu.  
 Infelix hodie cadit dolosos  
 Ad castles, vbi cras gemet sub arctis  
 Cancillis, miser ah doloris oscen,  
 Quem gestit puer erudire mimas  
 Ad voces, hodie ut loqui sūescat.  
 Sed cras, cras nisi crocitat, sonorā  
 Ut cras crocitat alter à cupressu.  
 Coruus, cui pice tertiō sit ala.  
 Sed paruus quid agit, precor, magister,  
 Indignans queritur, fremit, minatur,  
 Offam substrahit, incutitque plagas.  
 Sed cras, cras nisi crocitat, Nec ynquam

Sic

Sic mutes, hodie ut queat profari;  
 Dediscatue, quod usque cras recantat  
 Sic perdes hodie tuos labores;  
 Dum cras hunc prohibes puer profari.  
 Hec inter necis ad grauem securim,  
 Cupressus trahit in caput ruinam.  
 Ac eorum simul, & suum magistrum  
 Arbor quae ruit, obruit sepultos,  
 Vastâ strage grauique mole sylva.  
 An cras hoc niger ominatur augur?

*a Phœbo corvus adscribitur à Poëtis ob auguriam.*  
*Cum sit omen.*

**A**dmonitio ad procrastinantem in negotio poenitentia maturando, cui haec mortis imago ab oculis ponitur.

**A**Ter quid trahis usque & usque corvus  
 Cui vox garrula, crassa, rauca, balba,  
 Cras, cras! cras grauidum in graues dolores;  
 Nec ceu pura gemis columba, & orbis  
 Turtur, qui viduo toro quiritat.  
 Quem iustis hodie piget querelis  
 Antiquæ scelus expiare noxae,  
 Et nescis hodie breuis sub horæ  
 Cursu viuere; cras sed usque viues?  
 Stultus vis hodie mori frequenter,  
 Horis omnibus, omnibusque curis.  
 At ne nunc doleas, doleo semper.  
 Hoc si viuere cras sit, ingemiscas  
 Te serò ah hodie mori saluti,  
 Et cras perpetuum trahi dolorem.

**NOTÆ.**

## N O T A E.

1. 3. 4. Mors. Matth. 3. v. 1. in Graco legitur  
 Exx̄m̄letay, id est, excidiur. Vbi nos habemus exci-  
 deur. Et reuera ita est, infantia in pueritiam,  
 pueritia in iuuentuē, iuuentus in statam viri  
 statem, denique stata atas in senectutem tandem emo-  
 ritur. Nimirū mortem in sinu gerimus, qua secu-  
 rim non ad truncum, non ad ramos, sed ad ipsam ra-  
 dicem supplantat. Quo omnem spem vterius quid boni  
 fructus progignendi, excidas.

4. Seneca calamum stringit in viros qui puerilibus  
 circa mundi negotia ludunt studys. De quo agam alibi.

5. Coruum. Improbis de quo Satyrus, Si niger  
 est, videtur in specium velle iam iam se pristinū vitūs  
 euoluere, verū vult, & non vult piger. Si insistas,  
 nunc ergo, fac quod olim fecisse profuerit. Sexcentas  
 pratexet impedimenta. Ecce nolo: vis aeternam adsequi  
 salutem? omnino volo. Excute nunc ergo animo omnē  
 opum cupiditatem, odium, vindictam, libidinem. Quid  
 hic responsi? Crastinū viderit dies; ecce uerum nolo,  
 & sic deinceps. Sol adhuc voluitur, mihi occinet. erit  
 alias opportunior pœnitentia locu. Certam nempe &  
 securam venie fiduciam in diuina misericordia sinu im-  
 pauidus repono, ex quo illum repentinus nimis quam diu  
 offensi Numinis furor & iusta indignatio excutiet:

6. Inter Imbres. Auguria ponit Virgilius Quan-  
 tes gutture coruos tempestatis obscenos augures. Ideo  
 & deserta Babylonis calamitas hec non minima, quā  
 ophonias 2. Cernus in superluminari sedes, qui alios  
 scilicet

scilicet ad funestam domum aduocet, coruos omnes equinigros, omnes aquè cadauerum heluones, omnes neras inhabantes, praesentium immemores, nec ullum superbitatis vestigium relinquentes. Sedet autem in cupresso qua arbor est funebria & in speciem metæ crescit, qui vita innuat terminum.

7. Alius coruus. Nulla maior peccandi illecebra, quā prauum in oculū exemplum. Et rbi puderet inter impudentes (vt cum Augustino loquar) non esse impudentem.

8. Sera in morte, raro est vera pœnitentia, vt Augustinus. Scù memor. Ne olim eius neglectum serius & quidem aeternū deplores. Quem iam pridem decubat gemuisse voce columbinā, coruinā cras cras aeternū cursus, ingemiscas.

Munitis viatorum pauperi Ioanni ab Amore. Scipio specie decempede efformatus.

*Imago 33.*

*Vox clamantis in deserto: dirigit  
vias Domini, rectas facite  
semitas eius.*

1. *Oculus irradiat*
2. *Decempeda, stanti in*
3. *Medio humai circuli puncto, è quo*
4. *Multa cœu linea in orbem procurrunt per e-  
gros, è quibus*

*5. Mair*